

Band III., Nr. 878, Seite 376

*Der Abt Konrad in Comburg räumt den Minoritenbrüdern die S.
Jakobskapelle und deren Kirchhof in Hall ein.*

Comburg, 1236. April 7.

C. dei gratia humilis abbas ecclesie sancti Nicolay in Kaynberch, omnibus inperpetuum. Cum ex officio cure et sollicitudinis nobis iniuncte teneamur personas religiosas, quantum possumus, ut dignum est, condiligere et fovere, illas maxime quas devotio eximios reddit et stabiles, decet misericordie visceribus amplexari. Venientes igitur ad nos in Christo fratres dilectissimi de ordine Minorum petiverunt humiliter una cum civibus Hallensibus, Hallis in capella sancti Iacobi collocari. Que videlicet capella filia fuit parrochie in Steinwanc¹, que parrochia ad donationem nostram a predecessoribus nostris spectare dinoscitur et successorum nostrorum iure perpetui patronatus. Nos igitur de communi consensu et voluntate confratrum nostrorum et tocius conventus, ac domini F. archidyaconi ecclesie Erbpolensis et confinii Hallensis consensu et auctoritate, cui etiam dominus H. episcopus Erbpolensis illo in tempore plenarie vicem suam commiserat, nec non et plebani eiusdem loci et parrochie, conpatientes inopie et peregrinationi eorundem fratrum Minorum, annuentes etiam plenarie instancie dilectorum civium nostrorum Hallensium, predictam capellam cum cimiterio^a prelibatis fratribus Minoribus contulimus liberaliter iure perpetuo possidendam, omni pacto et conditione pretermissa, iuri nostro quolibet^b in eadem et consuetudini cuilibet abnegantes. Testes autem huius rei sunt hii: dominus Fridericus archidyaconus, dominus Burcardus d[e] Erbersberc^c, magister Bertoldus scolasticus de Onolsbach² H. decanus de Celle³, Walterus plebanus de Hallis, Dipertus plebanus de Kunzelsowe, C. de Orenloch et totus decanatus, H. scultetus et H. frater suus, H. et R. filii Ruggeri sculteti, Erkenbertus, H. et B. fratres sui, B. magister salis, B. Vn-maze et alii quam plures probiores civitatis Hallensis, quos omnes diffinire non possumus. Ut autem hec cartula nostre donationis firma et [in]convulsa permaneat, sigilli nostri munimine duximus roborandam.

 Datum in Kaynberch, anno gratie M^o. CC^o. XXX^o. VI^o., VII^o. idus Aprilis.

^aDie Worte *cum cimiterio* mit einem Punkte dahinter stehen von anderer Hand und vergilbter Tinte auf einer Rasur.

^bLies: *cuilibet*.

^cLies: *Ebersberc*.

¹Jetzt Steinbach.

²Ansbach.

³Oberzell.

II

—

Der Textabdruck folgt dem Original.

 Das anhängende, länglich runde Siegel von braunem Wachs mit sehr hohem Rand zeigt einen sitzenden Abt, mit senkrecht gestelltem Stab in der Rechten und dem offenen, gegen außen gekehrten Buch in der Linken. Umschrift: *Sigillum* ABATIS CVNRADI DE CANBERC.

Überlieferung und Publikationen

Lagerort:

StA Ludwigsburg

Signatur/Titel des Originals:

B 186 U 1161

Weitere Angaben

Sprache:

Lateinisch

Ausstellungsort:

Comburg

Aussteller:

Konrad; Abt in Comburg

Ortsindex:

Ansbach, AN
 Comburg Wohnplatz (3320)
 Comburg, Schwäbisch Hall, SHA
 Ebersberg, Knetzgau, HAS, W
 Künzelsau Wohnplatz (2446)
 Künzelsau, KÜN
 Oberzell, Zell am Main, WÜ
 Orlach Wohnplatz (2751)
 Orlach, Braunsbach, SHA
 Schwäbisch Hall Wohnplatz (3361)
 Schwäbisch Hall, SHA
 Steinbach Wohnplatz (3368)
 Steinbach, Schwäbisch Hall, SHA
 Würzburg, WÜ